

*Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ.*

Léctio Epístolæ ad Hebræos

4, 14-16

Fratres:

<sup>14</sup> H abéntes pontíficem magnum,  
qui penetrávit cælos,  
Iesum Fílium Dei,  
teneámus confessióne.

<sup>15</sup> Non enim habémus pontíficem,  
qui non possit cómpati infirmitátibus nostris,  
tentátum autem per ómnia  
secúndum similitúdinem absque peccáto;

<sup>16</sup> adeámus ergo cum fidúcia ad thronum grátiæ,  
ut misericórdiam consequámur  
et grátiam inveniámus in auxílium opportúnum.

Verbum Dómini.